



BENEDICTUS PP. XIV.

Ad perpetuam rei memoriam.

NCLYTUM FF. MINORUM S. FRANCISCI CAPPUCCINORUM
nuncupatorum Ordinem, dum in Minoribus quidem essemus, ea,
qua par erat, veneratione prosequebamur, in hac vero Sacrosancti
Apostolatus specula confituri, majoribus Apostolicæ nostræ carita-
tis, benignitasque testimoniis complecti gestimus, considerantes
maxime, quanta, & quam lūcuenta Christianæ pietatis, & religiosæ
perfectionis exempla, cum sacrarum doctrinarum splendorē, atque aeterna Animarum
salute conjuncta ab initio in Catholica Ecclesia, ita in dies proferant religiosissimi
illi Ordinis Alumni, ut nihil Orthodoxos, Acatholicosque vicissim, vehemen-
tius perstringat, & ad sarcasmodem meptem reducat, quam celeberrimi Instituti inita
cum austerioris vita sanctimonia ratiō, & Christianarum virtutum semita prius per
eosdem Alumnos, quam diutissime trita, deinde aliis exemplo, & verbo indicata. Ea
propter accedentes Nos ad audiendum Verbum Dei, quod in Apostolico Palatio
Statis temporibus prædicari solet, tunc temporis maximopere laudabamti Sapie-
tissimum Romanorum Pontificum Prædecessorum nostrorum Consilium, qui ex hoc
potissimum Ordine Prædicatores ad hujusmodi officium adscire consuevissent; Ex
illo enim, non tam majorum nostrorum, quam nostra etiam memoria prodierunt
insignes Verbi Dei Præcones. Quorū etiam in præsentia quamplurimi ubique per
Catholicum Orbem commendantur. Inter alios verò, qui præclaras Concionatoris
in Palatio Apostolico partes, summa cum nominis laude, expleverunt, præter Ve-
nerabilem Fratrem Bonaventuram Ferrariae Archiepiscopum à Nobis, dum in mino-
ribus pariter essemus, cum voluptate diu auditum; ac tantopere probatum, duo
etiam in Sacrum Sanctæ Romanae Ecclesiae Cardinalium Collegium adlecti fuerunt,
Anselmus à Manopoli, & Franciscus Maria ab Aretio. His sane, aliisque animum
nostrum moventibus, atque ex eo etiam adducti, quod in hac Alma Urbe nostra alia
Officia, atque Ministeria aliis nonnullorum Religiosorum Ordinum Alumnis ita
addicta in perpetuum sunt, ut munera hujusmodi, tamquam sibi debita vindicantes
Ordinum Superiores, quo laudabilius obeantur, optimum quemque suorum omni

studio

studio , arque cura conquerant. Confidimus fore , ut im posterum , quemadmodum
haec tenus , benedicente Domino , factum est , ex memorato Cappuccinorum Ordine
eximii in Apostolico Palatio Concionatoris habetur. Itaque , Motu proprio , non
ad alicujus Nobis , super hoc oblatu petitionis instantiam , sed de nostra mera deli-
beratione , ac certa scientia auctoritate Apostolica , tenore presentium , statuimus ,
decernimus , & ordinamus , quod deinceps perpetuis futuris temporibus Officium
prædictum Concionatoris Apostolici , alicui dicti Ordinis Minorum Cappuccinorum
Professori , committi , concedi , & assignari debet. Decernentes easdem presentes
litteras , & in eis contenta quæcunque , semper firma , valida , & efficacia existere ,
& fore , suosque plenarios , & integrorum effectus facti , & obtinere , ac illis , ad quos
spectat , & pro tempore , quandocumque (per seipsum in omnibus , & per omnia ple-
nissime suffragari , sive in præmissis per quæcunque Judicis Ordinarios , & De-
legatos , etiam Casularum Palatii Apostolici Auditores , judicari , & definiri debere ,
ac irritum , & inane , si fecerit super his à quoquam quavis auctoritate scienter , vel
ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus præmissis , ac Constitutionibus , &
Ordinationibus Apostolicis , nec non dicti Ordinis Cappuccinorum , etiam juramen-
to , confirmatione Apostolica , vel quavis firmitate alia roboratis Statutis , & Con-
fuetudinibus , Privilégii quoque Indultis , & Litteris Apostolicis in contrarsum præ-
missorum quomodolibet concessis , confirmatis , & innovatis. Quibus omnibus , &
singulis illorum tenores præsentibus pro plene , & sufficienter expressis , ac de verbo
ad verbum insertis habentes , illis alias in suo robore permanensuris , ad præmissorum
effectum , hac vice dumtaxat specialiter , & expresse derogamus , coeterisque con-
trariis quibuscumque. Datum Roma apud Sanctam Mariam Majorem sub annulo
Piscatoris die 2. Martii 1743. Pontificatus Nostri Anno Tertio. Pro D. Card. Pa-
facione Cajetanus Amatus.

Concuerda este traslado con su original , que para este efecto exhibió ante mi el
R. P. Fr. Miguel de Antequera , Predicador Capuchino , y Director del Divino Oficio
de su Provincia , à quien lo bolvi , y firmó aquí su recibo , y ya cierto , y verdadero ;
à que me remitió. Y para que conste , à su pedimento yo el M. P. Diego Antón de Guasca ,
Notario de App. y Pueblo de la Audiencia Arzobispal desta Ciudad de Granada , y
Arzobispado de el presente , y lo signe , y firmé en ella en finas y quatro dias del mes
de Mayo de mil setecientos cuarenta y tres años.

Miguel de Antequera *Diego Antón de Guasca*